



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxxii. De conuorsione coniugatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

## De conuor. coniug.

9. *Sanè.* Canonicus quoq; ecclesia in qua professio-  
nè faxit relicta si in monachū ab alterius mona-  
sterii abbate recept⁹ erit, locúsq; vbi permane-  
bit maioris religionis erit quā illa quā fugerit:  
ipse in eodem loco cum pura conscientia per-  
maneto. alioquin ad priorem ecclesiam redito.

18. *Licet.* Quibus autem monachis, canonicis, hospita-  
lariis, & templariis priuilegium hoc concessum  
erit, ne quis apud eos professus ad alium locum  
etiam arctiorem religionis velamento transire  
possit, tantū, ne quis ex temeritate, leuitate  
in iniuriam seu iacturam eorum ordinis hoc  
prætextu ad alium ordinem transuolet, viden-  
to. Si quis autē cum humilitate & puritate non  
fictē transeundi licentiam petet: ne denegan-  
to. Alioquin ei qui petierit absoluto sanctioris  
vitę propositum implere liceto. At si ad laxio-  
rem arctioremve ordinem ex temeritate, an ex  
charitate quis transire volet, dubitatio erit: su-  
perioris iudicium requiritur. Præsulatum ve-  
rò absq; Romani pontificis licentia nemo qua-  
cunque occasione deserito.

*De conuorsione coniugatorum. Tit. 32.*  
2. *Verūm.* **P**ost legitimum consensum de presenti alte-  
ri cōiugum altero repugnante, dum carnalis  
commixtio inter eos non interuenerit, mona-  
sterium elēgere liceto. Remanenti, ni monitus  
continentiam seruare volet, ad secunda vota  
transeundi potestas esto.

14. *Ex parte. ij.* Sed etsi causam aduersus sibi desponsatum  
prætendat propter quam per verba de præsen-  
ti desponsata velum suscipere volet, siue lepra



percussum, siue hæreticum dicet eum qui ipsam desponsasset: nihil hoc efficit. etiam si causa falsa fiet velum suscipere licet. Quæ autem in veli susceptione religionis habitum adsumpserit, si tamen in domo propria quasi propositum castitatis in seculo seruatura remanere volet, nisi se voto ad obseruantiam regularem adstrinxerit, nihilominus matrimonium consummator. alioquin relicto seculo religionis propositum exequi cogitor.

Idcirco quæ viro desponsata erit, necdum tamen ab eo cognita, si post ipso eam petente ad religionem transire velle dicet: aut quod id faciat, aut quod ad virum intra certum terminum redeat, caueto. si ad religionem transibit: vterque alteri quod ab eo recepit restituito. quod de non dimittenda vxore nisi ob fornicationis causam à domino dictum est de matrimonio carnali copula consummato intellegitor.

Cum enim vir & vxor vna caro per copulam conjugalem effecti erunt, vni parti ad dominum altera in seculo remanente conuerti ne conceditor. Alter coniugum ad regularem obseruantiam, nisi reliquus perpetuam continentiam repromittet, & vitam mutabit, extra quam si propter euitatem sine suspicione in seculo remanere poterit, ne recipitor.

Itaque vxoratus sine licentia vxoris quæ integre opinionis fiet inter religiosos ne admittitor. Eidem (si secundi voti contrahendi incontinentiæve incurrendæ merito suspecta non sit) publice in conspectu ecclesiæ continentiam professæ cum filiis suis & familia



De conuersione coniug.

in domo propria manere liceto. Sin suspicione non carebit: voto continentiae celebrato à secularium hominum conuersione se remoueto. In loco religioso vbi deo seruiet perpetuò commorator. Nemo quoque religiosus mulierem vllam tonsurato, secumve ad habitandum admittito, ac si mto

5. *Coniugatus.* Nedom autem coniugatus ad regularem professionem, nisi ab vxore continentiam proficiente absolutus fiet, sed & ad sacros ordines ne promouetur.

6. *Sane.* Vnde si coniugati ordinari voluerint: vxoris voluntas ante requiritur. & ita vxoratus, ni prius vxor continentiam professa sacrum sibi velamē impenet, & religiosam vestē vitamve adsumet, in episcopum ne ordinator.

4. *Cū sis.* Vir ergo, vt dictum est, vxore sua, aut vxor viro religionis habitum non adsumente, ad religionem ne transito. hoc locorum episcopis curę esto. Tantum si cuius vxor ita senex & sterilis fiet vt sine suspicione in seculo esse possiet, si castitatem ea promittente vir ad religionem transibit, dissimulare liceto.

1. *Præterea.* Alioquin si laicus vxoratus etiam presentibus sacerdotibus & monachis episcopo forte ignorante de licentia & permissione vxoris monasterium ingressus professionem faxit, vxore in seculari habitu remanente: ni hæc ad religionem transierit, perpetuòve castitatem seruare promiserit, de monasterio reuocatur.

20. *Dudū.* Si tamen vir & mulier inuicem iuri quod alter habet in alterum animo religionem ingrediun-



di in sacerdotum manibus renunciaſint, licentiãque ad monaſterium tranſeundi ſibi inuicem dunt: etſi qua ex parte ſpes fruſtrata inlectiõve allegabitur, ſi non conditio modũſve expreſſus erit, qui ſe poſtmodũ monaſterio deuouerit, ſeque ſolenni voto obligãſſit alterum ne inquietato.

Quæ viro religionem ingredienti conſentiens continentiaẽ votum ſibi iniunctum, fidẽmque perpetuæ continentiaẽ præſtiterit, etiam poſt viri profeſſionem religionem intrare, quandiu votum continentiaẽ obſeruabit, ſi tamen talis æuitatis fiet de qua ſuſpicio haberi non poſſit, nec id primũ cum continentiam voueret olli à recipiente expreſſum erit, inrita ne cogitor.

18. Significauit.

Si mulier ingredienti monaſterium marito propter eius verbera & grauamina conſentire coacta erit: etſi viro religionis habitum adſumẽte ipſa in domo monialium permanſerit, ni tamen religionis habitum adſumpſerit, votũve conuerſionis emiſerit, illũ, cũ habitu relicto ad ſeculum forſan reuerſus erit, ſibi reddi rectẽ petito. Is eam recipito. ei adfectum coniugalem exhibeto.

17. Ac deus.

Aequẽ ſi quis cõiugum infirmitate depreſſus continentiam vouerit, etſi alter ad tempus conſenſum præbuerit, maxumẽ ſi non etiam perpetuam continentiam vouerit, cohabitare compelluntor, vterque inuicem maritali ſe adfectu tractato.

11. Charifimus.

Itaque ſi vir in infirmitate poſitus conſentiente vxore caſtitaẽ votum faciẽs monachalem

9. Ex parte.



## De conuor. coniug.

habitum suscepit: post tamen morbo liberatus vxore in seculo remanente ad religionem proficisci nequit. At si eam postea de medio tolli contigerit, votum ne violato. suæ salutis periculum vitato. Si aliam duxerit: ea dimissa ad suum monasterium sub regulari habitu reuerti cogitor. Ibi domino seruito.

3. *Quidã.* Planè si quis non consentiente sed inuita vxore monasterium intrasit: votum ne teneto. Ea repetente si ad eam redire coactus erit: eius ratione etiam ea mortua ad monasterium redire ne cogitor. vlteriùs tamen vxorem ne accipito. promissum de nõ exigundo debito, quòd in eius potestate fiet, seruato.

10. *Con-* Quod si vir ad religionem transiens in ea per  
*suluit.* annum & ampliùs morã faxit: eius vxore postquam ad regularem domum transierit defuncta adsumptum habitum ne abiicito, néve quam sibi matrimonio copulato. Si contraxerit: matrimonium dirimitor.

12. *Placet* Sed & mulier si mortuum maritum credens religionis habitum adsumpserit, eoque reuorso de monasterio educta lege viri soluta erit: quod votum de non exigundo debito carnis præstiterit quantum ad ipsam teneto. Ipsi, vt ad monasterium redeat, vbi bona intentione professionem faxit, & religionis habitum accepserit, consultum esto. Si tamen ad hoc induci nequibit: inuita ne cogitor.

15. *Consti-* Quæ autem à viro carnaliter cognita vxore  
*tutus.* cum altero adulterium commiserit, virum,



qui religionis habitum adsumpserit, quominus regulare votum impleat, ne inquietato.

Immo & si quæ mulier captiosa viri adfertione caput eius ut tondeatur altari subposuerit, & eo post probationis tempus professionem monachalem solenniter faciente in seculo remanens inhonestos amatores admiserit: super eius reuocatione ne auditor eius intentio, maxumè si non antequam fornicata fiet eum reperierit, commissæ fornicationis exceptione eliditor. 16. Venies

Nam & quæ mulieres relicto maritali thoro lapsu carnis ceciderint, nisi mariti earum ab episcopo commoniti eas ad frugem melioris vitæ conuorsas recipere volent, in claustris cum religiosis mulieribus conlocantur. Ibi perpetuam penitentiam agunt. 19. Gaudemus.

*De conuersione infidelium.*

Tit. 33.

**M**ulier, quæ in fide remanserit, inuito viro ab infidelitate reuertente, propter quam ab eo iudicio ecclesiæ separata fiet, ad religionem liberè conuolare licet. 21. Mulier. ti. procedens.

Quod si quis cuius mulieris machinationibus & infidiis virum eius occiderit: etsi Sarracenus fiet post per eam eiusve stultio ad Christianam fidem conuorsus, ei ne adhæreto. si adhærebit: ne tolerator. hoc damnum tali lucro ne compensator. At si quis Sarracenus in bello christi-